

Controuersiarum

IOHANNIS ROBERTI AVRELIANENSIS  
ET IACOBI CUIACII BITVRICENSIS,  
PRÆSTANTISSIMORVM ANTE-  
cessorum & Iuriconsultorum

Libri IX.

*Quorum tres priores & tres posteriores sunt  
Roberti; tres intermedii, Cuiacii.*

IN GERMANIA nunc primùm excusa.



MARPURGI CATTORVM,  
Typis Pauli Egenolphi, Typographi Academici.

ANNO M D X C I I

Coll. Soc. I. N. S. V. Salm. ex dono Regum.




NOBILITATE  
GENERIS ET VIRTUTVM  
PRÆSTANTISSIMIS IUVENIBVS,

DN. IOSEPHO AMMAN *ab Ammans-*  
*eck, Styro:*

&

DN. ERHARDO GRIENTALER *in Cremf-*  
*eck & VVintern, Austriaco, &c.*

Dominis & amicis suis vnice  
colendis S.

 *Q*UOD antiquitatem in Home-  
ri Iliade membranis inscripta,  
nuciq; includenda effecisse, atq;  
hanc industriam cum admira-  
tione probasse audimus: idem  
me his modò, quæ cernitis, operibus excudēdis  
tentasse fateor, ut quæ prius forma grandiu-  
scula ac particulatim essent edita, ea meliore  
nunc atq; aptiore in studiosorū manus operā  
meā redirent. Etsi autem hoc omne qualiter-  
cunq; à me confectum, nō vsquequaq; fortasse  
probari omnibus intelligam: feci tamen quod  
ante me in eodem studiorū genere fecerūt alii;  
feci



I O H A N N I S  
R O B E R T I A V R E L I A N E N S I S  
A N T E C E S S O R I S , E T C O N S I L I A R I I R E -  
gii, animaduersionum Iuris Ciuilis

Liber primus.

De conditione, Si non nupserit: Ex legibus  
Iulia de maritandis ordinibus, & Papia  
Poppæa. CAP. I.



VANTÆ Romanis cura fuerit o-  
mni ratione prospicere, ne ciuium, 10  
populiq; tot bellis exhausti frequen-  
tiâ ciuitas destitueretur, & subinde  
minimè succrescentibus, qui demor-  
tuorum locum replerent, sensim dila-  
beretur, testantur abunde leges ab iis latæ: tum hæ, 15  
quibus omnes ad vxores liberorum procreandorum  
causa ducendas coëgerunt, & cœlibatui poenas irro-  
gantes, maritos eò maioribus priuilegiis & præroga-  
tiuis donarunt atq; præmiis affecerunt, quo plures li-  
beros sustulissent: tum verò & illæ, quibus quicquid 20  
coniugiorum ineundorum libertati obstare posset, a-  
moliti sunt: Cuiusmodi illud est, quod cum alioqui  
supremarum voluntatum obseruationi plurimum  
tribuerent, tamen conditionem istam, Si non nu-  
pserit, testamentariis dispositionibus adiectam sper- 25  
ni, & pro non scripta haberi voluerunt. Harum au-



ANT. MERCATOR IOHANNI  
ROBERTO S.

**E**gi libros tres Animaduersionum, quos triennio parturisti & edidisti nuper, de quibus quid sentiam si forte requiris, Essent memorabiles si exissent ante annos CC. serius editi non sunt memorabiles, digni tamen mihi sunt visi adnotationibus, quod subobscuriores essent. quia nec tu in scribendo Latino sermone, nec in ratiocinando arte & sensu communi uti voluisti, quodque in Dominum meum & in veritatem ipsam rerum essent aliquantò impudentiores immodestioresque. Has ego si feci te inconsulto non est quod doleas: feci enim in rem tuam, primum ut ex obscuro clarior esses & suauior, deinde ut via tibi pateret qua deerrabas si eam ingredi fortè tandem & capeffere velles. hoc tantum dolere & queri potes quod Lorarios adhibuerim qui in hoc opere mihi suppetias ferrent, facerentque secundas, sed quid egissem? non poteram solus tot sufficere animaduersionibus, alii mihi fuerunt in auxilium aduocandi Doctores. Verum senties me in his, etsi non sequi sermonem sensumque tuum vtrumque; tamen adsequi probè. Conuicia autem quae Domino ingessisti non nisi parcè & districtè resequi, quia ea omnia tibi potius te ingessisse existimavi eius vicem. Alius nisi ego occupassem tecum egisset acerbius. ego me praebeo clementiorem. Imò alius forte transmisisset ad plutes. ego te incolumem seruo, & ita me Deus amet, mentis & animi tui sanum esse percipio. Vale. Auarici Biturigum, 7. Id. Octob. M D LXXX.

NOTATA



NOTATA ANTONII  
MERCATORIS,

*Ad libros Animaduersionum.*

AD LIB. I. CAP. I.

**C**ONSTARE ais conditionem, si non  
nupserit remitti lege Papia, quod ta-  
men nullo auctore comprobare possis.  
Si non possis, non constat igitur, nisi  
te solum vis haberi pro auctore locu-  
pletissimo. Nos qui id legi Iulia ad-  
scribimus, quæ Miscella appellata est, habemus aucto-  
rem Iustinianum in l. 2. & 3. Cod. de ind. vid. tol. &  
Nov. XXII.

Et mox legem Iuliam & Papiam, ad quas multi  
Iurisconsulti libros scripserunt, probas duas esse leges 15  
ex interposito articulo, &, perperam. nam eodem ar-  
gumento legem Liciniam & Muciam de ciuibus re-  
gundis, quæ vna lex est sic dicta à duobus Coss. tuo ex-  
emplo qui volet efficiet duas esse leges diuersas, itemq;  
legem Liciniam & Iuniam, legem Iuliam & Titiam, 20  
legem Caciliam & Didiam. Aut meliore argumento  
vti debuisti, aut prauo non debuisti rem certam in-  
certam facere atq; suspectam. Hoc enim genere veri-  
tatem quodammodo impugnas, nullo modo tueris. &  
inanis quoq; est labor in comprobanda re qui sumitur 25  
notissima omnibus.



IOHANNIS ROBERTI, AVRELIANENSIS ANTECESSORIS, ET CONFILIARII REGII NOTÆ, ad Iacobi Cuiasii Mercatoris Notatorum

LIBR. I.

CAP. I.

10



IC primùm in utroq; labitur, & eo quod negat constare conditionem si non nupserit, atq; istiusmodi quancung; aliam connubiorum libertati obstantem, lege Papia remissam, & pro non scripta habitam fuisse. An non enim hoc certò testatur id, quod Augustum illa lege calibes non præmiis tantum ad connubia ineunda invitasse, sed & pœnis propositis eò adigere, sicq; & illa quæ coniugiorum libertati obstare possent, amouere voluisse referunt Corn. Tacitus Annalium lib. 3. Dion historiæ libro 53. & Suetonius in Augusto? Id verò & illo comprobatur, quòd iuris nostri autores, his  
 20 commentariis, quos ad eam legem scripserunt, in illius in primis conditionis, eiusq; remissionis (quasi ea lege comprehensa) explicatione toti sunt: ut patet ex Vlp. Terentio, Clemente, & Caio, in l. si vir uxori. 61. cum tribus ll. seqq. ff. de condit. & demonstr. & aliis consi-  
 25 milibus.

Et in illo pariter labitur, quo asserit id, quòd prædicta